

propellunt, quidam menses mouent: alii fluxiones omnes sustunt: alii vires recreant.

A Partibus, quidam sunt capitales, alii cordiales, alii stomachici, alii hepatici, alii aliis partibus conueniunt.

Pulueres seu species corroborantes vel alterantes conficiuntur ex omnibus plantarum partibus, successis a refactis, lapidibus pretiosis, corallis, margaritis, quibusdam metallis, pro cuiuslibet partis usu. Omnia autem in tenuissimum puluerem rediguntur, per setaceum seu cribrum aliquoties trahuntur, & ne vis eorum evanescat, in pyxidibus diligenter occlusis reseruantur.

Usus tempore, qui suauiores sunt, exhibentur vel per se. Sic pulueri, qui concoctionem adiuuare debet, nihil superbibendum. Vel cum vino, vel alio liquore aliquo. Qui vero insuaves sunt, cum saccharo sumuntur: eiusmodi species plures in officinis habentur, eiusdem cum tabellis nominis, ut sunt species tab. nuc. mosc. diambræ, diamargariti, diamoschi, diarhodi, triasantali, aromatici rosati, diagalangæ, diacymini, dianisi & similes, ex quibus secundum Medici præscriptum cum saccharo, vel ex uno genere specierum, vel pluriuin tabellæ conficiuntur.

Exempli gratia, capite per consensum ventriculi laborante,

*24. Specier. dianthos, aromatici ros. garyoph.  
an. 3 i.*

*cinamom. electi 3. ss.*

*coriantri præpar. 3. iii.*

*cubebæ. nucis mosch. an. 3. ii.*

*gary-*